

MODVS REPE TENDAE LECTIO^o

NIS. IN VSVM STVDIOSORVM PVERORVM EX ERAS. ROTTERODAMI SCRIPTIS COLLECTVS.

NOBILI, ET STVDIOSISSIMO ADOLESCENTI.
Osualdo ab EcK, M. Hieronymus Ziegler
S. D.



Vo exemplo, Osualde Nobilis. & debet, & cogetur huins Achademie iuuentus, suis studijs melius consulere, partim, quod Nobilis. uir pater tuus, omniis studiorum summus patronus sit, & promotor singularis partim, quod per te, omnium disciplinarum preceptis abundes. Vnde non paruum calcar iuuentuti uterque esse solet. Quare, tuo nomine (nam ipse hijs nihil egis) haec qualia cumque sunt precepta, Ingolstadiane iuuentuti donamus. Tuus es, hunc parvulum laborem boni consulere, que plus ponderis, propter te habiturum, certus scio. Vale, & me patri uiro tam prudentijs, qd nobilis. commenda. Datum Ingolstadij XIII. Kalendas Aprilis. Anno M. D. XXXXI.

AD IVVENTUTEM INGOLSTADIANAM.

Premagni referre (studiosi iuvenes,) lectiones à preceptoribus diligenter audire, easdeque statim ruminare, & demum memoriter nosse, omnes docti testantur: quibus, ut expertis, credendum, quis non putabit? Quia autem ratione, iuuentus rerum imperita, citius, faciliusque ad ueram frugem studiorum suorum perueniat, multa præclaras, præter ceteros sœlicissimæ memoriae D. E R A S M V S R O T S. scripta reliquit, cui uni, non solum Germania, tanq; patria, uerum etiam, reliquæ nationes, in omni bonarum artium genere, plurimum debene. Qui inter plura, que in rem puerorum esse possunt, optimum repetendæ lectionis modum, in libro de conscribendis epistolis, prescrispsit, & docuit. Quem quidem ut omnibus studiis uobis pueris, quasi ad oculum obijceremus: placuit in hanc tabulam, de uerbo, ad uerba excibere, atque hoc suo ordine diligenter depingere. Ad quam tabulam, ceu ad scopum quendam, omnes tuos labores, quasi sagittas dirige: hinc enim tibi, in priuatis tuis studijs, uelut è diuine rerum aceruo, materiam repetendi lectiones, facile sumere potes. Hanc etiam, studiose pueri, tibi in pariete affixam esse uelim, ut illam sapius, uel inuitus inspicias, & illa uicissim te subinde offitij tui admoneat. Ita facile fiet, ut, aut E R A S M I authoritas, aut rei ipsius fructus, (nobis enim nihil adscribimus) tibi ultero currenti calcar quodammodo addat. Quod si feceris, crede nubi, efficies, ut nunquam te laboris poeniteat, neque nos instituti. Vale studiosa iuuentus, & prescriptum gnauiter sequere.

HAEC Igitur PRIMA CVRA ESTO.

I.

Quam primum preceptorem nactus fueris, sic modis omnibus efficias: ut ille patris in te, tu filij uicissim affectum induas.

II.

Prælegenda à preceptorre, præuide diligenter, priusque ad audiendum accedas.

III.

Preceptoris attentum, & apidum prebe, beneque monenti obtempera: interpretantem non attentus modo, sed & auditus auscultans.

IV.

Lectionem auditam, continuo relege: ita, ut uniuersam authoris sententiam, & institutum, paulo altius animo infigas.

V.

Non necessum est omnia, & singula audita à preceptoribus, memoria commendare: cum, & si laboris maximus, & fructus prope nullus.

VI.

Deinde à calce rursus ad caput redibis, & singula uerba excutere incipies: ea dumtaxat inquirens, que ad grammaticam curam attinent.

Velut,

Si quod uerbum	Obscurum. Ancipitis deriationis.
	Heteroclitum. Anomalum. Nouum.
	Obsoletum. Inusitatum. Quod supinum habeat.
	Quod preteritum faciat. Quos habeat maiores.
	Quos nepotes. Quam declinationem.
	Quid significet. Etymologia.
	Accensus. Genus. In summa omnia accidentia.

VII.

Hoc ubi diligenter egeris, rursus de integro percurrito: ea tamen potissimum inquirens, que faciunt

Ad	Rhetoricam.
	Dialecticam.
	Syntaxim.
	Copiam.
	Elegantiam.
	Phrasim.

VIII.

Id ubi feceris, si quid concinnius dictum uidebitur, annotabis indice, aut asterisco in margine apposito: uel in enchiridion, quod semper sub manibus esse oportet, diligenter, & ordine scribito.

IX.

Si quid erit inter haec omnia, quod te delectauerit uelementius, caue ne praeter casam (ut aiunt) fugias, sige pedem, ac abs te ipso rationem exige, quare tantopere sis ea oratione delectatus, cur non ex ceteris quoq[ue] parem ceperis uoluptatem. Inuenies sine dubio, te acumine, aut exornatione aliqua oratoria, aut compositionis harmonia, aut alia quapiam causa commotum fuisse.

X.

Quod si inter legendum occurrat tibi, quod dignum notatu iudicabis: Id tamq[ue] thesaurum quendam animo diligenter reponendum ducito, ad usum scilicet, & imitationem. Puta.

Vcl	Adagium.	Sententia egregia.
	Prouerbium uetus,	Historia.
	Fabula.	Similitudo.
	Epitheton.	Apophthegma.

Si breuiter, acute, aut aliqui ingeniose dictum uidebitur.

XI.

His omnibus diligenter curatis, ne pigrat rursum iterare. Nam hoc habent eruditorum virorum summo ingenio, summis uigilijs elucubrata scripta, ut nullies relata, magis, magisq[ue] placeant, & semper admiratori suo nouum miraculum ostendant, semperq[ue] deniq[ue] inuenies aliquid, quod ante non animaduertissemus.

XII.

Nec illud pretereundum est, ut semper tuos locos comunes pre manibus habcas, quibus ceu custodi uigilantissimo mandabis, si inuenies quod spectabit.

Aut ad	Theologiam.
	Iurisprudentiam.
	Medicinam.
	Philosophiam.
	Artes liberales.
	Politicam.
	Oeconomiam.
	Virtutes.

Vitia, & id genus alias.

XIII.

Id tibi persuadeas, nihil esse, in omni doctrine genere, ex quo non uel exemplum uiuendi, uel imago quedam, uel occasio sumi queat. Nam in aliorum pulchre, ac tuta ppter factis, quid deceat, quid non, iuxta uidemus.

XIV.

Hec si feceris, iam uel obiter edidiceris, q[ui] aliud egisti, tum demum si licet ad ediscendi laborem accedito, qui tum, aut nullus erit, aut certe perq[ue] exiguum.

XV.

Post haec restat, ut cum studiosis congrediaris, tuas annotationes in medium proferas: uicissimq[ue] illorum audias, alia laudabis, alia reprehendes, tua partim defendes, partim castigari permittes.

XVI.

Postremo quod in alijs laudasti, tuis in scriptis imitari conaberis. Nec sciscitari, si quid dubitabis, nec castigari, si quid errabis, sit pudor.

APPENDIX.

Imitatio quoq[ue], conflictatio, & usus scribendi, dicendi, disputandi, tamq[ue] palestrae ingeniorum, meritos animi, tum ostendunt, tum excitant, tum adaugent. Secreta quidē studia à doctis laudantur, at ita ut postea, è latebris in harenam prodecamus, uiriumq[ue] nostrarū periculum faciamus. Quamobrem (o puer) te hortor, monco, & rego, ut studiorum tuorum curam geras, ne cum omnia suppeditata sim, tibi ipsi defuisse olim uidcaris, & iterum Vale.

PLINIVS IVNIOR LIB: III. EPIST:

Omne perit tempus, quod non studio impartitur.

AD EANDEM IVVENTUTEM INGOLSTA^E

dianam, M. Hieron. Ziegleri carmen.

Grammaticus fœlix, logica sphinx, ore disertus,
Præceptor Sophie, qui cupis esse nota.
His obseruatis Fabio, uel iudice iusto,
Nullius studium displicuisse potest.
Ergo age, quisquis amas dulces, pia numina, musas,
Credas hoc magne est fertilitatis opus.
Vsum iunge frequens, sine quo corrumpitur aurum,
Vsus uirtutis sedulitate comes.
Luppiter ex usu quondam Deus, omnia rexit:
Misit & ex usu fulmina seu diu

Preceptore carens, nimium miser larus, usu.
Decidit in pelagus, non tamen artis egens.
Decidit, & phæton, q[ui]uis tenerarius ipse,
Viueret ille tamen, si prius usus erat.
Illorum exemplo, cautus ne parua relinquas
Admoneo, factum non renocare licet.
Tempora discedunt, tacitiq[ue] senescimus omnes,
Ingenij, cura, parte superstes eas.
Nil pudeat discas, iustos agitatus in usus
Artis adhuc expers, hinc cito doctus eris.

Ingolstadij, apud Alexandrum Weissborn.



M. Georgio Theandro.

*Accipe, quod ab eo non uno nomine Georgi:
Plura darem, nisi misce, plus regard opus.*

A. 1541.

157

Programma, Litteræ
Confirmatoriae, Bullæ Indulg. c.

X

Also present

17.11. - 19.11.1954

Geological excursion

Quaternary

LIX

Some time ago I have written to you about the geological excursion in the area of Lake Baikal. I am sending you the notes from the excursion.

The excursion was organized by the Institute of Geography of the USSR Academy of Sciences.

The excursion was organized by the Institute of Geography of the USSR Academy of Sciences.



LX

Some time ago I have written to you about the geological excursion in the area of Lake Baikal. I am sending you the notes from the excursion.

LXX

Some time ago I have written to you about the geological excursion in the area of Lake Baikal. I am sending you the notes from the excursion.

LXXX

Some time ago I have written to you about the geological excursion in the area of Lake Baikal. I am sending you the notes from the excursion.

LXXXI

Some time ago I have written to you about the geological excursion in the area of Lake Baikal. I am sending you the notes from the excursion.

17.11.1954; 18.11.1954; 19.11.1954

Geological excursion

Quaternary

Tertiary

Cretaceous

Tertiary

Cretaceous

Tertiary

Cretaceous

Geological excursion

Quaternary

Tertiary

Cretaceous